

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LXXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

sen könige glücke. Do Lutherus pius von Churfürsten zu Sachsen so lange beherberget ward/ gab Gott glück und fridde. Dergleichen hoffe ich/ werde m. g. S. und N. in dieser bösen zeit auch widerfahren/darumb das S. F. G. diesen verfolgten gorfeltigen man gnädiglich zu dienst angenommen. Wehe aber denen/ die Ine belandiger/ und denen/ die Ine kein guts erzaigen wollen. Gott wird beyde nit ungerechne lassen.

Diß woller meinem lieben herrn Gefattern D. D. Ludov. Crempio auch anzai gen/ sampt meinen freundwilligen diensten/ und seinem Sohne fünff Jasian Feddern von meinewegen præsentiren, darzu woller einen schönen grünen seyden hurt kauffen/ mit einer binden/ und die feddern darauff machen lassen. Was Jr darlegt / zale ich mit danck. Ich hab propter dolores oculorum iso nit mehr / dann diesen brieff können schreiben/ woller mich gegen den herrn D. Ludwig freundlich entschuldigen/ meines nit schreibens/ und bitten/ das er yme die bewusste newe vertratote sache wolle lassen trewlich befohlen sein/ und so bald er etwas außgerichte/ mich mit eigener borschaft des vrrständigen. Grüß ewer herrn Mitbrüder / und ewer tugensame haufschre / und seyht Gottes gnaden zu aller Christlichen wolfsart trewlich befohlen. Datum Hochstadt/ den 18. Maji/ Anno 65.

E. williger Freund

**Wolff von Röteritz / Pfälzischer  
Rath und Landvogt.**

LXXX.

**S** Quando superioribus diebus, clarissime vir, D. D. Marbachi, typographi nostri ad nundinas Francofurdianas pergerent, oblatus est ipsis liber, de cœna Domini nostri Jesu Christi, te auctore conscriptus, quem illico, additis litteris, in quibus missionis causam ac rationes assignabant, mihi deferri per nautam voluerunt. Hunc ego ubi primum accepi, inspexi sedulo, verum vix ad 7. folium pervenio, postquam D. affinis cognovisset, è manibus eripitur, aviditate legendi ab ipso. Judicavi statim, quod res videbatur postulare, & diligenter & circumspèctè omnia tradita, nec minore, quantum negotium ferre potuit, modestia. Extant in hoc argumenti genere, multò longè que acerbiora conviciisque plena scripta. Unde puto, facile te posse Carolostadianam narrationem, ex historiographis nostri temporis petitam, excusare, cujus filius, aliis propediem causis occupabitur, quarum etiam meministi in epistola ad D. D. Sulcerum data. Porro quid tibi expectandum sit, cum ex superioribus tum inferioribus terræ partibus pro tua prudentia, dudum conjicere

cere potuisti, fulmina tonitrua. Sed te solatur vicissim, quod pro veritate  
 & *ἰσχυρῶς*, ac salubri secundum *διδασκαλίας* sensu certasti. Et hac in parte tibi fideliter  
 adfunt, D. Christi, cujus res agitur, expressum verbum, de quo Apost.  
 non latum discessit unguem post tot annos: Patrum deinde testimonia, com-  
 modè suis locis, juxta multiplicem locutionem ipsorum, de tanto mysterio  
 usurpatam, disposita. Accedunt & tot hodie passi in Ecclesiæ, quæ una cum  
 suis membris, exclusa Physica & Grammatica, simpliciter verbo adherent, sub-  
 stantiam ac usum ex institutione testamenti petentes, modum relinquentes,  
 cum conceptione beatæ virginis, Deo patri, filio ac spiritui S. Hæc ad tuas  
 literas respondere volui, ac ago simul maximas gratias pro tuo in me amore,  
 qui & librum mittere cum affini tum mihi dignatus sis, & simul animi senten-  
 tiam exquirere. Fuit hisce diebus legatus regis Hisp. apud nos, qui cupid  
 amicitiam nobiscum inire. Profecti sunt etiam Helvetii ad regem Gallia-  
 rum, pro confirmando fœdere. Saluta universos Dn. fratres, ministros ac  
 Professores, salutet D. Ecclesiam & Rempub. vestram, Basil. Anno 65. Jun. 1.

T.

Huldrichus Coccius, Rector.

LXXXI.

**S** Accepi tuas literas, vir ornatissime, & reverende frater, unà cum scripto  
 tuo de Cœna Dominica, magna animi voluptate. Et quanquam cum ist-  
 hinc ad nos missum exemplar erat: sed dum perlegendo impedimur Coccius  
 & ego invicem, commodum adfertur hoc tuum, ut liceat utrique seorsim di-  
 ligenter perlegere & aliis communicare. Probo valde pietatem, studium, &  
 diligentiam tuam: qua effecisti, ut habeantur multa explicatiora, quàm  
 apud alios ullos inveniantur. Et spero, DOMINUM daturum, ut sit fructu-  
 osus hic labor tuus, cum ad instructionem, tum ad confirmationem multo-  
 rum. Tantò autem infestius conjicio insurrecturos *τῆς Ζωολογίας*, quòd  
 peti sua fundamenta machinis non levibus perspiciant: quòd jam ante nimi-  
 rum, quam in lucem dares opus, abundè providisti. Ac te defensionis legiti-  
 mis armis paras: Aderit Dominus ipsius causam agenti, & ejus prælia depu-  
 gnanti. Id unum moneo, modestiæ ut semper memor, sic agas hoc CHRI-  
 STI negotium; ut intelligaris causæ tantum & veritatis victoriam, non tuam  
 spectasse. Nec enim id agitur, ut nos, sed ut ipsa triumphet. Eò enim et-  
 iam acceptius erit piæ mentis Fratribus, etiam iis in locis, ubi contraria pu-  
 blici-